



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Francisci Bellegambe è Societate Jesu Theologi,
Enchiridion Theologo Practicum Tripartitum, De Ivbilæo
Ecclesiastico**

Bellegambe, François

Coloniæ Agrippinæ, 1700

Q. 4. Quale speciatim debeat esse Votum Religionis?

urn:nbn:de:hbz:466:1-42093

276 P. 3. De Jubileo extraordinario.
cum hoc posteriori conjungere, &
velle perfecto castitatis voto se ob-
stringere, Sanchez c. 40. n. 68. & cum
eo Diana p. 1. tr. II. R. 67. Trullenck
num. 25. citans etiam Ludovicum à
Cruce,

Q. 4. *Quale speciatim debeat esse Vo-
tum Religionis?*

R. Debet esse absolutum & perfe-
ctum Religionis propriè & simplici-
ter dictæ.

Hinc I. Vota Religiosa, seu per
quæ fit quis verè Religiosus, ita sunt
reservata, ut à nullo saltem qui sit in-
ferior Summo Pontifice sint dispen-
sabilia aut commutabilia.

Idem dicendum de votis peculia-
ribus quarundam Religionum, an-
nexis Professioni seu Votis Religiosis
substantialibus, ut Voto vitæ quadra-
gesimalis in Ordine Minimorum,
Votis quibusdam peculiaribus in So-
cietate JESU, &c. Diana p. 6. tr. 8.
R. 34. cum Suarez, & aliis. Et de his
non est difficultas.

II, Vo-

II. Votum Religionis, scilicet, (ut communiter intelligitur) ingrediendæ, reservatum est, si sit propriè dicta Religio, hoc est, à Summo Pontifice approbata: nam Votum Religionis non approbatæ, non est reservatum.

III. Votum perseverandi in Religione, probabiliter commutari potest ex justâ causâ, v. g. propter austeritates majores, quas experitur Novitius: est enim votum virtute diversum à voto ingrediendi Religionem. Unde tunc non commutatur votum Religionis, sed tantum qualitas adjuncta, quæ nullibi reservatur. Sanchez de Matrim. l. 8. disp. 15. n. 4. & in Decal. l. 4. c. 40. n. 75. Lessius De Just. l. 2. c. 41. n. 46. Fagundez in 2. præc. Decal. l. 2. c. 41. Malderus in 2. 2. tr. 10. c. 5. dub. 10. & alii, quos citat & sequitur Diana p. 1. tr. 11. R. 79 & p. 11. tr. 8. R. 18. Trullenck in Bull. Cruc. Basil. Pontius De Matr. l. 8. c. 8. nu. 25. &c.